



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

35. Exemptus deponens falsum coram Ordinario, an ab eo puniri possit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

traneus seu forensis equiparantur. cap. grave ubi Abb. & Fel. de officio ordin. at qui etiam  
 tum est, forensis ab alieno iudice cogi non potest, sed requirendum esse illius iudicem  
 ut eum examinet. *lex. in l. iudices eum. Auth. apud eloquentissimum c. de fide instrum.*  
*Feder. Schentz. tract. de testibus num. 10.* Idque per litteras requisitoriales quas Myer  
 fingerus appellat mutui compassus in cap. cum causam num. 3. de testibus.

3. Restringenda hæc conclusio, ut licet Exemptus ab ordinario cogi non possit,  
 ultro tamen si examinetur, tenet & valida est depositio. *Abb. id. cap. cum nuntius n. 3.*  
*vers. sed nunquid. Farinacius ubi supra num. 84.* Ratio, quia multa parte non opponen-  
 te subsistunt, quæ in iudicium revocata impedirentur. *Gall. lib. 2. obs. 47. num. 9. &*  
*seqq. ubi late exemplificat.* Deinde, omisso licentiæ est levis solemnitas, quæ omissa  
 non viciat actum. *Farinac. ubi supra nu. 134. Abb. d. ca. cum Nuntius nu. 4. Guido q. 517.*

4. Quo in casu si sponte se in testem offerat, erit locus doctrinæ quam supra tradidi-  
 mus, *quæst. 32. in fine eod. lib.* debere scilicet deponere non secundum propriam ejus  
 intentionem seu intelligentiam, sed iudicis cui iuramentum præstitum est, id quod  
 variis Navarri autoritatibus probatum est.

Q U Æ S T I O XXXV.

Exemptus deponens falsum coram ordinario, an ab eo puniri possit?

S U M M A R I U M.

- 1. Clericus falsum deponens coram Laico, relegandus est nisi puniatur ad suum iudicem.
- 2. Exemptus falsum deponens coram ordinario, puniatur ab eodem.
- 3. Forensis puniatur ab eodem iudice, coram quo falsum deposuit.
- 4. Iuramentum eius decisorium an exempto deferri possit coram ordinario.

1. Clericum falsum deponentem coram Laico, non posse ab eo puniri, sed relegan-  
 dum esse ad suum iudicem communiorum Doctorum calculo receptum est. *Fel.*  
*cap. verum numer. 4. vers. contra Clericum ubi Abbas de foro competentis, ubi prælixissima*  
*Apostilla quid sit coram delegato, Hostiensis cap. de foro compet. Covarr. pract. q. 6. r. d. nu. 8.*  
*DD. de crimine falsi, unde Mynsing lib. 6. obs. 72. ubi late & eleg.*

2. Aliter tamen in Exemptis dispositum videtur, idque per autoritatem Anania qui  
 sic loquitur. *Salicet. in l. nullum, C. de testibus, verum quæro an hæc lex dicit, quod*  
*indubitanter credat, quod si Clericus testificatur coram iudice Ecclesiastico, illa lex*  
*habet locum, etiam si Clericus esset Exemptus, quia tunc perdit privilegium exem-*  
*tionis per illam legem, pro quo etiam allego notata in l. si quis in jus vocatus non*  
*erit. Sed si testificatur coram iudice civili dicit secus, ut Anania cap. 1. de falsis, ubi*  
 etiam

etiam idem Anania disputat de Archiepiscopo Exempto, qui falsum deponit coram aliquo Ecclesiastico iudice, an ab eo punietur non obstante exemptione. *Fel. d. c. vocatum n. 5. vers. contra Clericum, facit text. i. ff. si quis in ius vocatus. Stephan. Anstret. repetit. Clem. 1. quest. 4. n. 9. de offic. ord. Jo. Francisci de Ripa cap. decernimus quest. 17. de iudic.*

Confirmatur primo, quia Forensis puniri potest a iudice non suo, si coram eo falsum deposuerit. *Theaur. Ped. dec. 266. nu. 3. 9. Et seqq. Spec. de teste §. 12. nu. 45. Covarr. pract. quest. cap. 18. nu. 8.* Ergo ab Analogia idem in exemptis supra lib. 1. quest. 45. n. 5. Confirmatur secundo, quia deponendo falsum inferitur injuria iudici, potest autem iudex injuriam sibi judicialiter illatam vindicare, quemadmodum post ceteros compendiosè & doctè cum quadam distinctione tradidit Gallius lib. 1. obs. 39. per tot. latè & distinctè Marilius l. 1. §. præterea n. 34. Et seq. ff. ad l. Corneliam de sicar. Quæ tamen conclusio ex tenore privilegiorum restringenda est. Quemadmodum ex notatis infra colligitur eod. lib. quest. 45. num. 117. Ubi liquet exemptos Diocesis Leodiensis coram Officiali delinquentes, etiamsi id contingat in exercitio officii, ab eo puniri non posse, non poterit tamen delegatus, aut confirmator, qui de crimine per exemptum commissio cognoscit, ordinario cognoscenti inter exemptos casu permisso de causa civili inhibere, velut apud Hypolit. de Marsiliis sing. 490. post. numerum 2. Archid. cap. persona 11. quest. 1. notatum est.

Illud hic incidenter quæri potest, an Exempto coram ordinario suo incompetente litiganti juramentum liti decisivum deferri possit. Paucis respondendum est, non posse. *Carocius tract. de juramento liti decisivo quest. 25. princip. nu. 2. Et 9. 32. vers. quartus casus. R. tio est, quia exempto competit declinatoria fori ordinarii, qui proinde coram eo jurare non tenetur. Jason. l. tutor. §. fin. per illum textum notab. ult. ff. de jur. jur. Unde inquit Carocius d. quest. 32. Clerici coram iudice Sæculari jurare non coguntur, nec milites S. Stephan. nec similes exempti, nisi coram iudicibus specialiter deputatis.*

QUESTIO XXXVI.

An Exempti possint judicialiter intervenire pro suis hominibus seu subditis.

SUMMARIUM.

- 1. De interventionis ethymo & elegancia.
- 2. Si Exemptorum principaliter non interfuerint, non poterunt intervenire.
- 3. Aliena liti nemo intervenit.
- 4. Secus si principaliter interesset.
- 5. Dominis competunt interdella & actiones pro turbationibus & injuriis subditis illatis.
- 6. Idem

B b 3